Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0002-4

17603.

1661,9 49 21

Q. D. B. V.

EXERCITATIONES. ACADEMICÆ.

AD. IV. LIBROS.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

QVARUM.

OCTAVAM.

AD. TIT. IV. ET. V. L. II.

PRÆSCITU. AC. PERMISSU.

MAGNIFICI. JCTORUM. ORDINIS. MODERATORE.

VIRO.

NOBILISS. CONSULTISS. EXCELLENTISS.

DN. BARTHOLOMÆO LEONHARDO. SCHVVENDENDORFFERO.

J. U. D. ET. INSTIT. P.P.

IV. EIDUUM. AUGUSTI.

M. DC. LXI.

PUBLICE. EXAMINANDAM.

SISTIT.

GODOFRIDUS. KRETSCHMAR.

A. ET. R.

H. L Q. C.

LIPSIÆ,

LITERIS. CHRISTIANI. MICHAELIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0003-9

142.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0004-5

I. N. J.

Ad

L. II. T. IV. & V.

pr.

SErvitutibus Realibus ſuccedit Perſonalis, quæ eſt Jus ex re alienâ Perſonæ debitum, & ad eius uſum utilitatemque conſtitutum 1) Ea conſiſtit in uſufructu, uſu & habitatione. Nam quamvis omnes ſervitutes, Prædiales degenerare poſſint in perſonales 2) non tamen huic Diviſioni includi debent, cum plerumque uſui fructui ſimul adhæreant. Uſusfructus autem, eſt Jus alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ 3) Hunc vulgò Dd. dividunt in cauſalem & formalem; Illum jure Dominii rei propriæ eſſe dicunt, hunc alienæ rei jure 4) ſervitutis; verùm hæc Diviſio, cum legibus probari haud poterit, & Imperator de ſervitute loquutus fuerit, nobis quoque incognita erit. Non obſtat l. ſi à reo 70. §. ſi reo 2. l. d. fidei. Veriùs diſcerpimus eum in Verum & Qs. Uſumfructum, ubi hoc intereſt, quod in Qs. Uſufructu rebus abuti licet, 5) in Vero tantum utifrui. Controvertitur hic num Uſusfructus pars Dominii ſit quod negandum 6) non adverſatur l. 4. π. h. t. Nam uſusfr. in multis caſibus, ſimilitudinem & effectum Dominii obtinet, cum etiam Uſufructuarius Dominus appelletur 7).

§. 1. Conſtituitur Uſusfr. Verus, qui à Proprietate ſeparationem recipit, *vel Ultimâ* voluntate, 1) ſi nempe Teſtator Teſtamento, Legato, 2) vel Mortis cauſa donationibus, 3) Uſum fructum reliquerit aut fundum deducto Uſufructu: 4) quæ verba otioſa non ſunt; Nam ſi uni Uſusfructus, alteri fundus ſimpliciter legetur, ambo in uſumfr. concurrent. 5) Hic nulla neceſſaria eſt Traditio, quia ſtatim legato datur vindicatio 6) niſi alienæ rei Uſusfr. fuerit relictus. Vel inter Vivos pactis atque ſti-

1) Manz. l. d. Uſufr. n. 5.
2) l. 8. π. d. ſerv. l. 2. π. d. S. P. R. l. 41. π. d. Alim. l. cibar. leg.
3) ſ. 1. I. d. Uſufr. l. 1. 11. cod.
4) l. 78. pr. π. d. Jur. dot.
5) § . 2. I. h. t. t. t. π. de reb. qvæ uſu conſ
6) l. 25. π. d. V. S.
7) l. 8. pr. π. d. Reb. Auct. Jud. poſſ.

1) § . 1. I. h. t.
2) l. 3. pr. π. h. t.
3) l. 1. §. 2. Uſufr. qm. cav.
4) l. 6. π. h. t. l. 4. π. ſi uſufr pet. §. 1. I. h. t.
5) l. 19. π. ſi uſusfr. leg. l. 6. π. d. uſ. ear. rer.
6) l. 10. π. ſi uſusfr leg. Diſſ Ant. Fab. 65. Er. pragm. 2. p. 290.

ſtipulationibus 7) quibus quaſi Traditio conjuncta eſt: 8) ibi quoque Proprietas alienari poteſt, deducto Uſufructu 9) cui retentio pro traditione & poſſesſione eſt 10) Uſu deinde ac poſſesſione noſtrâ veluti Præſcriptione 11) In Judiciis familiæ herciſcundæ, 12) communi dividundo; à Judice quoque interdum uni Uſusfructus addicitur, alteri proprietas, non tamen, ut in legato, ſingulis Uſusfructus permittitur, quemadmodum eundem Patri in bonis adventitiis 13) liberorum ut & in bonis Emancipatorum pro parte Dimidia Lex 14) concedit ac unâ peculiare privilegium, quod non cogatur finito uſufructu rationes reddere, neque ſatis dare 15) Q. An etiam Uſusfr. feudi filiof. concesſi, Patri adqviratur? Neg. quia uſusfructus ad accipientem feudum pertinet 16] & feuda maximâ ex parte caſtrenſium vel Qs loco habeantur. 17) Ita qvoq; Donationis à Principe vel Auguſtâ factæ Uſusfr. filio relinqvitur 18]. Cæterum cum Avus Uſumfructum Patri ex bonis filii debitum per Auth. excipitur C. d. bon. qv. lib. aufferre poſſit, debebit ne illud expresſè ſolum fieri, non etiam tacite? Hîc affirmantes ſeqvor. Legis præterea indulgentiâ Conjux quoq; ſuperſtes 19) ad ſecundas nuptias tranſiens, uſumfructum in bonis paternis ex ſuccesſione filiorum prioris matrimonii ſibi ab inteſtato qvæſitis ſibi acqvirit. Verum matrem, ſi ex conſenſu liberorum nupſerit, pœnas haſce evitare poſſe exiſtimo qvia injuria conſenſu tollitur, & hâc qvoq; ratione liberis, juri in ſuam gratiam introducto renunciare licet.

§. 2. Uſusfructus in corpore conceditur, 1.) non tantum immobili 2) ut in fundo & ædibus, verum etiam mobili 3) nimirum in ſervis & Jumentis: reqviritur autem ut res ſit utilis, ſervitus enim neq; Perſonæ neq; Prædio utilis conſtitui neqvit 4] utilitas autem ea, ex mente uſufructuarii 5) metienda nec reqviritur ſingulare aliqvod proficuum commodum, inde eſt, qvod etiam ſtatuarum & imaginum atq; numiſmatum uſusfr. legari poteſt: 6) dictis non refragatur l. 8. π. d. ſerv. ubi ſervitute conſtitui non poſſe dicitur, ut pomum decerpere & ſpatiari liceat; loqvitur enim ibi JCtus de ſervitute prædiis debitâ, ubi cum prædium ipſum pro utilitate [illegible] œnitate habere neqveat, ſed ea ex aliorum computatione æſtimanda ſit, fit ut in ſervitute prædiali vera non ap- pa-

7) §. 1. J. h. t. l. 3. π. eod.
8) l. 3. pr. π. h. t.
9) l. 28. C. d. don.
10) l. 18. C. d. Adq. poſſ.
11) l. ult. §. f. C. d. uſufr.
12) l. 6. §. 1. π. h. t. l. 16. §. 1. l. 6. §. 12. π. fam. erciſc.
13) l. 6. in pr. C. d. bon. qv. lib. §. 1. I. per qv. perſ.
14) §. 2. I. per qv. perſ. l. 3. C. d. bon. matern.
15) d. l. 6. ff. 2. l. ult. §. 4. C. d. bon. qv. lib
16) 2. F. 23.
18) l. 7. C. d. bon. qv. lib.
19) l. 8. & auth uxor. mortua C. d. ſecund. nupt. Nov. 98. c. 1.
1) §. 1. J. l. 2. ff. h. t.
2) §. 2. I. h. t. add. l. 3. pr. π. h. t.
3) l. 7. l. 15. §. 3. l. 28. l. 41. π. h. t. §. 2. J. l. 21. l. 68. π. eod.
4) 6. l. 15. π. d. ſerv.
5) l. 36. §. d. bon. libert. vid. qvoq; l. 34. π. mand. 6) l. 41. & §. 1. π. d. Uſufr. l. 28. π. eod.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0006-6

parens utilitas adquiratur 7), Jurium autem uſusfructus, ut itineris, viæ, conſtitui non poteſt: ſervitus enim ſervitutis eſſe non poteſt 8). Nominum tamen Uſusfructus legari poteſt 9) Jure recentiori Jurisdictionis quoque Uſum & fructum, nimirum mulctas atque pœnas relinqui poſſe oſtendit Schneidewein 10) Præterea non ſolum ſingularum rerum, ſed & omnium bonorum 11) uſusfr. relinqui poteſt. Obſervandum tamen, ne uſufructu omnium bonorum legato, dodrantis æſtimatio ſuccedatur 12) notandum hic uſufructuarium non obligatum eſſe ad ſolvendum æs alienum, ſed eo prius detracto, minui Uſumfr. 13) Uſufructu autem, matri, liberis ſuperſtitibus relicto, multi alimenta ſa'tim ei præbenda ſtatuunt, verum verior mihi ſententia affirmantium legitimam liberis deberi pleno Jure 14) ceterorum autem bonorum uſumfructum matri reliquendum 15). In conſtitutione autem uſusfructus nihil refert, ſ. pure ſ. ſub conditione fuerit relictus 16) ſive pro parte indiviſâ ſive diviſâ 17) & quamvis incorporei nulla videatur eſſe diviſio bene tamen fructus dividi poſſunt, quod peculiari uſusfr. habet à ſervitutibus prædialibus, ubi re totâ non pro parte utor, quemadmodum fructus pro parte capere poſſum. Dividuitas autem uſusfr. maximè ſpectatur, cum plures in uſumfr. concurrunt ut recte monet Hilligerus 18) exemplũ poteſt eſſe uſurarius, tantum fructuum colligens, quantum uſui quotidiano ſufficiunt reliquis proprietatis Domino relictis 19). Num autem uſusfr. relinqui posſit, detracto uſu quæritur? Omnino*) Tunc eos uſusfr. fructus percipit, quos uſurarius re ad uſum quodianum utens; reliquit ſuperfluos.*

*l. 42 pr. π. h. t. * d. l. 42. l. 14. §. pen. & ult. π. d. uſ. & habit.

Cùm ita rerum omnium conſtitui poterat uſusfr. 20) exceptis iis quæ uſu conſumuntur, introductus eſt. Quaſi uſusfr. quo latior eſſet morientum voluntas. Res enim quæ numero pondere & menſura conſtant, neque naturali ratione recipiebant uſumfr., neque civili, cum autoritate ſenatus, natura earum rerum minime mutari potuit 21. Itaque quaſi uſusfr. eſt Vini, Olei, Frumenti, ceterarumque rerum quæ functionem ſuſcipiunt, quibus accedunt veſtes & pecunia numerata 22) hæc licet in corporibus exiſtat, uſu tamen continuo ac permutatione extingui vi-

A 2 de-

l. pen. de Uſufr. ear. rer. l. 3. π. d. aqv. qvot. & æſtiv. l. 16. ſ. 1. π. qvod vi aut clam.
7) vid. l. 5. in f. l. 6. π. d. ſerv. ruſt.
8) l. 1. π. d. uſ. leg.
9) l. 3. π. d. Uſufr. ear. rer.
10) ad §. 2. I. h. t. add. Vin. eod.
11) l. 29. l. 31. ſ. 2. ff. h. t.
12) d. l. 34. inf. l. 29. π. h. t.
13) l. 69. π. ad l. Falc. l. f. π. d. uſufr. leg.
14) Nov. 18. c. 3.
15) l. 37. π. d. Uſufr. leg.
16) l. 9. §. 4. π. ad exhib. l. 16. π. qv. mod uſusfr. fin.
17) l. 5. ſ. 5. π. h. t. l. 1. §. 9. π. ad L. Falc.
18) ap. Donel 10. 24. a.
19) §. 1. I. d. uſu & Hab. l. 12. π. eod.
20) l. 69. π. ad L. Falc.
21) ſ 2. I. h. t. l. 2. §. 1. π. d. uſufr. ear. rer
22) §. 2. I. h. t.

detur, quemadmodum apud 23) Cornelium Nepotem pecuniæ interire dicitur. Veſtimenta vero propriè non conſumuntur uſu ſed deteruntur, ut Tribonianus Erroris à Vinnio atque Cujacio arguatur 24). Cum itaque de Eſſentiâ Quaſi uſusfr. ſit, ut re abutamur, dicendum ne veſtimentorum magis Verum, quam Quaſi uſumfr. eſſe? Ita vult Donellus 25) qui æque jumenta, ſervos, naves, uſu minui probat, eorum tamen verum uſumfr. eſſe, ac in §. 2. metonymicè veſtimenta pro earum materiâ ſumi cujus quaſi uſusfr. utiliter conſtituitur 26) Verum Negativa magis arridet, cum talis abuſus ſervorum, navium non ſit, qvalis veſtimentorum, qvæ facile atteri poſſe atq; conſumi ipſa experientia probat. Adverſari hiſce videtur l. 15. §. 3. l. 9. §. pen. ϖ. d. uſufr. ear. rer. loqvuntur autem textus illi de eo caſu, ubi teſtator uſumfr. veſtimenti, non ut qvantitatis, ſed ut corporum legavit, eumqve inde non Qs. ſed verum Uſumfr. eſſe concedendũ eſt, ut uſufructuarius cavere teneatur, ſe uſurum fruiturum boni Viri Arbitratu, & ipſas quandoq; veſtes reſtituturum. Num autem veſtes locare poſsit, dubitatum olim fuit, affirmat id *Ulpianus* 27) ſi ſcenicæ veſtes ſint, vel aulæi vel alterius apparatus.

Qs. Vſusfructus æqve ac vetus tàm ultimâ voluntate qvam inter vivos conſtituitur: Non tamen ideo in mutuum aut Donationem degenerat. Mutuum enim in iis ſolum conſiſtit, qvæ functionem ſuſcipiunt 28) Qs. Vſumfructum verò etiam in iis qvæ fungibiles non ſunt conſiſtere jam dictum. Similis huic Differentiæ eſt, qvod in uſufr. æſtimationem rerum reſtituere ſufficit 29) non ita in mutuo. Dein mutuum non morte & capitis Deminutione finitur quemadmodum uſusfr. & tandem in mutuo cautionem nullam præſtare cogitur, quemadmodum uſufructuarius. A Donatione autem immane quantum diſcrepare vel ea differentia oſtendit, qvod qvi qs. uſumfr. habet, de eâ re reſtituenda teneatur, in donatione autem ad nihil reddendum obligemur.

Vſumfructum is ſolum concedere poteſt, qvi verus Rei Dominus 30] qvamvis per ſe uſumfr. non habeat, nec refert hìc qvod alteri nos concedere non poſſe, in Jure noſtro dicatur, qvod ipſi non habemus; 31) Nam licet uſusfr. formaliter Domino non competat, tamen virtualiter. Hoc autem Jus ad Emphytevtam

qvoq;

23) a. l.

24) ad §. 2. I. h. t. vid. l. 15. §. 4. h. t. l. 9. §. pen. uſufr. qm. cav.

25) 10. 4. 8. b.

26) l. 11. ϖ. d. uſufr. ear. rer

27) l. 19. §. 5. ϖ. d. uſruct.

28) l. 2. §. 1. ϖ. d. Reb. cred.

29) §. 9. I. d. uſufr.

30) l. 63. ϖ. h. t. l. 72. ϖ. eod.

31) l. 54. l. 120 ϖ. d. V. S.

qvoqve ac ſuperficiariam extenditur 32) quorum jus plenius quam fructuari cum & civiliter 33) poſſideat Ita quoque vaſallus uſumfr. in re feudali conſtituere poteſt 34) is tamen, feudo ad Dominum reverſo exſtingvitur.

Antequam autem, cui uſusfr. conſtitutus, eum accipiat, cavere debet, ſe Vſurum boni Viri arbitratu, & cum Vſusfr. ad ſe pertinere deſinet, reſtituturum quòd inde 35) ex ſtabit Et hæc ſatisdatio datis fidejuſſoribus 36) præſtanda, quæ tamen cum in favorem heredis introducta ſit, remitti poteſt ab herede, uſufr. inter vivos conſtituto; non à teſtatore quia teſtator, juri, in alterius favorem introducto, renunciare 37) nequit ſi autem Vſufructuarius ob paupertatem vel aliam difficultatem fidejuſſores invenire nequeat, ad cautionem Juratoriam cogendus non eſt 38). In Qs. Vſufr. cavendum Vſufructuario, ſe Vſufructu finito reſtituturum, vel rem, vel æſtimationem 39). Cautio vero non ſolum Domino fundi præſtanda, ſed etiam Emphyteutæ ac ſuperficiario 40) Si duobus vero conjunctim Vſusfr. legatus ſit, & in vicem ſibi cavere debent 41), & heredi, in caſum illum, ſi ad ſocios non pertinebit Vſusfr. eos ſe heredi reddituros. Si verò Cajus rogatus ſit Titio Vſumfr. reſtituere, non Cajo, ſed heredi cavendum niſi ſpes ſit ad Cajum Vſumfr. venturum 42) Et hæc Cautio qvoqve obtinet, ſi Vſusfr. Vſucapione, vel Tuitione Prætoris acquiſitus fuerit 43) Nam ea adeò neceſſaria, ut ſi omiſſa, Vſufructuarius non ſolum Actionem pro conſequendo Vſufr. competentem utiliter inſtituere non poſſit 44) ſed Domino etiam uſufructuariâ re traditâ, & cautionem & rem ipſam condicere liceat 45) Exceptio eſt ſi uſusfr. pure, proprietas ſub conditione legata ſit, ubi Cautionem hanc remittendam eſſe 46) Pomponius ait. Debetur, ſ. Dies, Vſusfr. relicti, cedit, ab Aditâ 47) hereditate, non à mortis tempore uti aliorum legatorum, ubi legatarius ſtatim rei Dominus efficitur 48) nec momento Dominium, penes heredem eſt 49) Ratio aſſignatur hæc, quod Vſusfr non ante deberi, quam peti poſſit, cum in facto conſiſtat; ſine Perſonâ enim in quâ fundetur ſubſiſtere nequit. Si autem Vſusfr.

32) l.1.§.6.π. de ſuperf.
33) l.15.π.qv. ſatisd. cog.
34) c.un.2. F. 8.
35) l.1.pr.& §.6.π.uſufr. qm.cav.
36) l.1.π.qv. ſatisd. cog.l. 4.§.5.π.ſi qv. caut.Jud.l.13 pr.π.d.uſufr
37) ob rationem l.51Cod. Epiſc. &Cler
38) §.2 l.h.t. l.13.pr.π.l.4. C.eod.arg.l. 114.§.12.π.d. Leg.1.
39) §.2.I.d. Uſufr.l.6.π. h.t.
40) l.1.pr.π. qv.mod.uſusfr.am.
41) l.8.π.Uſufr.qm.cav.
42) l.9.pr.π. Uſufr.qm. cav.
43) l.9.§.1.π. h.t.l.29.π.de uſufr.leg.
44) l.13.pr.π d.uſufr.l.6. pr.§.1.ut in poſſ.leg. nom.
45) l.7.pr.π. d.leg.2.l.64. uſufr.qm.cav. 46) l.9.§.2.uſufr.qm.cav. 47) l.un.§.2.ff.h.t. 48) l.80.π. in f.π.d.furt.l.3.§.2.π.d.leg.3. 49) l.9.§.5.π.d.pecul.

fr. ex die legatus ſit, dies non cedit niſi cum & venerit 50). Si autem in dies menſes atque annos legatus ſit, non ſemel cedit, ſed per tempora adjecta 51) Et hoc Jus ad uſum quoque atque Habitationem extendendnm eſt 52).

Acquiſito ita uſufr., re illâ uti atque frui poteſt, omnesque fructus & emolumenta, tam civilia, quam naturalia percipere; 53) Modus tamen, ſi additus ſit, obſervandus eſt, qualis caſus, ſi jure eretæ eximendæ, figulinæ excercendæ, relicto, tantum uſufr. ſumere liceat, quantum ad vaſa conficienda 54) venit. Ceterum ad uſufructuarium, acceſſiones quoque rei uſufructuariæ ſpectant 55) Inſulæ tamen juxta fundum natæ uſumfructum non habet. Illius enim proprium quaſi uſumfructum eſſe, ſeparatumque ab uſufr. fundi, Pegaſus ſcripſit. Theſaurus autem in fundo fructuario repertus, adquem pertinebit? Dimidia certe ad uſufructuarium altera ad Proprietarium 56]. Et harum plerumque rerum uſusfr. in abuſu conſiſtit aliarum vero in uſu ſaltim, quemadmodum arborum frugiferarum atque glandium fructus tantum percipere licet, ipſas autem ſuccidere plane vetitum 57] In ſylva cædua h. e. quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus ſ. radicibus renaſcitur 58] Patris familias conſuetudo ſpectanda, quot nimirum arbores cedere ſolitus fuerit 59] non opus tamen ut eo uſufructuarius utatur modo, quo Paterf. inde illi arbores vendere licitum putant, quamvis id Dominus non fecerit. Proprietarii autem ſunt, arbores evulſæ, & vi ventorum dejectæ, detractis tamen, quæ ad villæ reſtauratione neceſſariæ 60) alias enim ſi totus ager, hunc caſum paſſus eſſet, uſufructuarius omnes arbores ferret. Non ſolum autem ſylvæ in fructu ſunt, ſed etiam venationes, ſi Domino fundi peculiare Jus alios arcendi fuerit 61] non obſtat l. 26. π. d. uſur. Ibi enim de Jure Gentium ſermo eſt, quo venatio omnibus libera. Circa acquiſitionem fructuum quæſtio ad huc excutienda venit, num uſufr. cautione nondum præſtitâ, fructus percipiat? Neg. 62) Non ſolum autem uſufructarius ipſe colligere debet, ſed eos per alios, uti ſervos, aut liberos percipere poteſt 63) Nam, uti quoq; atque frui videtur, ſi alius ejus abſentis negotium gerens, uſumfr. alii locet 64) Præterea liberum ei, rem uſufructariam vendere, locare, donare 65], in dotem dare 66] oppignorare 67] etiam invito

50) l. un. §. 3. & ſeq. qv. dies uſusfr. l. 2. q. dies legat.
51) d. l. un. pr. add. l. 1. §. ult qv. mod. uſus fr. am.
52) l. 2. π. qv. dies leg.
53) l. 1. l. 7. 9. 10 l. 62. π. h. t.
54) l. 5. l. 6. π. d. ſerv. ruſt.
55) l. 9. §. 2. 4. π. d. uſufr.
56) l. 63. π. d. A. R. D. §. theſauros 40 I. d. R. D.
57) l. 11. l. 13. §. 4. π. d. uſufr.
58) l. 30. π. d. V. S.
59) l. 9. §. ult. π. d. uſufr.
60) l. 12. pr. π. eod.
61) l. 9. π. l. 62 π. h. t. l. 22. π. d. inſtr. l. inſtr. leg.
62) l. 13. π. h. t vid. Wiſſenb 1. 19. 29.
63) l. 12. §. 2. h. t.
64) l. 12. §. 3. π. h. t.
65) l. 12 §. 2. l. 13. l. 38. 39. 40 ff. h. t. l. 8. §. ult. π. d. p & com. rei vend.
66) l. 57. π. ſol. matr. l. 16. l. 78. ff. d. Jur. dot.
67) l. 67 π. h. t.

domino ſervitutem tamen interponere non poteſt 68] nec Dominus proprietatis uſufructuario conſentiente 69] Servitutem autem fundo debitam, vindicare uſufr. licet 70] Idem quoque uſumfr. ab eo qui opus novum facit, vindicare poteſt, quamvis non ſuo ſed procuratorio nomine 71. Ne autem qui commodum ſentit in commodo careat, cogitur rei uſufructuario conſervare ſubſtantiam 72) Ædes enim reficere 73] arbores demortuis ſubſtituere 74], aquæductus & foſſas purgare 75] cogitur. Dicta autem cum grano ſalis accipienda ſunt, ædes enim modicis tantum ſumptibus ſervaſſe ſufficit 76] Atque ſic de ædibus vetuſtate collapſis, de arboribus tempeſtate dejectis, de ovibus vi externâ amiſſis non tenetur 77) & generaliter de damno nullo, rei uſufructariæ ab externo illato 78) De ſervitute autem amiſsâ 79), ac Uſucapione ſuâ culpâ, impletâ 80), conveniri poteſt; quemadmodum tributorum quoque exolvendorum onus ei incumbit 81) quamvis defuncto fructuario, ad proprietarium fructus perveniant 82) quæ ſententia iniquisſima viſa Cujacio.

3. Ne autem in univerſum inutiles eſſent Proprietates ſemper abſcedente uſufr. placuit Imperatori eum certis modis exſtingui, & ad proprietatem reverti 1]. Hoc autem fit morte uſufructuarii 2), Capitis Diminutione 3) Maximâ & Mediâ 4) ſi filius autem morte naturali vel civili exſtinctus ſit, in Patris Perſonam tranſire uſumfr. verius eſt 5) Quæritur hic an Pater confiſcatis bonis filii uſumfr. retineat? Arridet affirmatio: eſt enim textus, qui nec proprietatem hoc caſu filio adimi probat 6) idemque nec peculium filiifamiliâs adventitium in confiſcationem bonorum venire aſſerit. Tandem controvertitur, ſi, uſumfr. ad heredem tranſire debere, agatur, num is ad omnes tranſeat? Puto eum tantum ad primum venire non ad poſteriores 7) In finiendo tandem uſufr. ſingulare ad hoc notandum, Eccleſiam & totum Collegium centum demum annorum ſpatio mori, & capite minui cenſeri 8) Præterea finitur uſusfr. Rei Interitu aut mutatione totali

68) l. 6. pr. π. com. præd. l. 15. §. 7. π. d. uſufr.
69) l. 15. §. f. l. ſeqv. π. d. uſuf. l. 2. d. op. nov. nunt.
70) l. un §. 4 π. d. rem. obſtare videtur l 1 pr. π. ſi uſusfr. pet.
71) l. 1. §. f. π. d. Op. Nov. nunt.
72) l. 7. §. 2. 3 l. 64. π. l. 7. C h. t.
73) l. 64. ſeqq π. l. 9. C. d. uſufr. l. 7. §. 2. ſeqq. π. eod.
74) l. 18. π. h. t.
75) l. 13. § 2. in f. π. eod.
76) l. 7. §. 2. π. eod.
77) l. 59. π. de uſufr.
79) l. 15 §. 7. π. d. uſufr.
80) l. 2. π. uſufr. qm. cav.
81) l. 52. π. d. uſufr.
82) l. 12 §. f. d. t. qv. m. uſusfr. am. l. 8. π. d. annuis leg. §. 36. I. d. Rer. Diviſ. & ib. Comm. Vin.

1) §. 1. I. d. uſufr. 3 §. 2. pen. C. d. uſufr. l. 1. pr. π. eod.
2) §. 3. I. d. uſufr. l. 1. pr. π. h. t.
3) §. 3. I. d. uſufr. l. 1. pr. π. h. t.
4) I. lev. controv. 21. ff. qv. m. ſufr.
5) l. f. C. h. t.
6) l. 3. C. d. bon. dam. de hac & ſeqq. qvæſt. vid. Fachin. c. 47. 48. ſeqv.
7) l. 14. C. h. t. Schneidevv. ad §. 1. l. h. t.
8) l. 56. ff. d. uſufr. l. uſusfr. am. l. 13. C. de S. S. Eccleſ.

totali 9). Remiſsione Domino Proprietatis 10] nam cedendo extraneo nihil agitur, id eſt: Uſusf. in priori cauſa 11) manet ſi vero legitimo tandem modo exſtinctus fuerit uſusfr. ad proprietarium redit, quo de Pomponius loquitur l. 66. ff. d. donat. Ceſsio enim nuda nullius momenti eſt 12). Tandem Conſolidatione, cum proprietate 13), ac Non utendo per modum & tempus 14) quod tempus eſt inter præſentes decem añorum, inter abſentes viginti 15) Qs. uſusfr. autem non aliter quam morte & capitis diminutione 16) finitur.

§. 4. Finitus Uſusfr. ad proprietatem redit, ac Dominus incipit plenam habere poteſtatem 1) Verum ſi plures in uſufructu legato, conjuncti ſint, ad ſocios is, Jure adcreſcendi venit 2) Quod eſt Jus habendi partem ejus qui concurrit vel concurrere deſiit 3) ubi hoc peculiare eſt, quod uſusfr. non uſufructui accedit, ut proprietas proprietati, ſed Perſonæ uſufructuarii 4) inde ei qui partem non agnovit, aut amiſit, accreſcit 5). Locum autem regulariter Jus adcreſcendi habet, quoties pluribus legatariis, cuique in ſolidum uſusfr. legatus eſt 6] quia quotidie conſtituitur & legatur: nam ſi ſingulis, ab heredibus ſingulis uſusfr. legatus ſit, uſufructuarii ſeparati videntur, & inter eos non eſt Jus adcreſcendi 7) Nonne autem ſi uſumfr. quotidie conſtitui dicimus, uſusfr. ſimpliciter legatus confunditur cum eo in dies ſingulos relicto 8) Minimè, rectè enim Donellus 9) diſtinguit, num teſtatori, apertè aut tacite uſumfr. relinquere placuerit. Atrox adhuc controverſia eſt, num verbis Conjuncti gaudeant Jure adcreſcendi? Facio cum affirmantibus 10). Obj. l. 66. ff. d. her. Inſt. illic altero verbis conjunctorum ceſſante, admittitur re conjunctus. Sed eos teſtatorem non tam conjunxiſſe, quam celerius dixiſſe, & quaſi disjunxiſſe, finalia verba probant. Non difficilior quæſtio eſt, An inter Dominos Jus adcreſcendi ſit, quorum communi ſervo uſusfr. legatus? Affirmo cum Juliano in l. 1. §. 1. de uſufr. accreſc. non contrarius huic Celſus in l. 20. de leg. 2. 11).

De uſufr. proditæ ſunt Actiones Confeſſoria & Negatoria 12) Illa datur uſufructuario 13) hæc vero Domino proprietatis, qui fundi ſui libertatem adſtruit 14).

9) §. 3. I. d. uſufr. l. 23. ſeq. ff. h. t. l. 5. §. 2. & 3. ff. eod. non obſt. l. 10 ff. qv. mod. uſusfr. am.
10) §. 3. I. d. uſufr. l. 66. ff. d. Jur. dot.
11) arg. pr. J. qu. man. lic.
12) c. 52. d. R. J. in VI.
13) d. §. 2. l. 17. & 27. ff. h. t.
14) §. 3. I. d. uſufr. l. 20. 25. h. t.
15) l. pen. C. d ſerv. & aq. l. f C. d. long. temp. præſcr
16) § 2. I. h. t. l. 9. l. 10. 12. d uſufr. ear. rer qv. uſu cõſũ.

1) §. f. J. d uſufr.
2) l. 1. pr. §. 3. ff. d. uſufr. adcr.
3) l. un. §. 12. ff. d. Cad toll
4) l. 33. §. 1. ff. d. uſufr. l. 10. ff. d. uſufr. adcr.
5) d. l. 10.
6) l. 3. pr. ff. h. t. l. 80. d. leg. 3
7) l. pen. ff. h. t.
8) l. 1. ff. qv. dies uſusfr. 9) 10. 23. b. 10) l. 16. §. f. ff. d. leg. 1. l. 89. ff. d. leg. 3. l. 6. & 7. ff. d. reb. dub. 11) vid. l. 1. §. 4. l. 9. ff. d. ſtip. ſerv. 12) §. 2. l. d. act. 13) l. pen. ff. ſi uſusfr. pet. 14) l. 7. l. 12. l. pen. §. ult. l. 6. §. 1. ſi ſerv. vind.

Ad T. V.

Secunda ſpecies, ſervitutis Perſonalis, eſt uſus, qui eſt Jus ut endi alienis rebus, ſalvâ earum ſubſtantiâ 1) & quidem ad uſum ſaltim, & neceſſitatem quotidianam Diſtinguitur ab uſufr. quod ibi re uti frui liceat 2) uſus vero ea tantum, quæ ad victum perti-nent, ſuppeditet & 3) ut pomis, floribus, fœno ad uſum quotidia-num uti, miniſteria ſervorum ipſe ſolum uſurpare, & modicum lactis retinere liceat 4) reliqua vero Domino proprietatis relin-quere cogatur 5] Conſtituitur is, illis ipſis modis quibus uſusfr. 6) hoc intereſt, quod uſusfr. pro parte conſtitui & amitti poſſit uſus von item 7).

§. 5. Habitatio tertia ſervitutum Perſonalium ſpecies, eſt Jus alienas ædes in habitandi. Hanc ut & operas ſervorum non bene Donellus uſusfr. ſpecies ſtatuit, munitus l. 13. C. d. uſufr. ac deiu l. 3. & 4 d. Oper. ſerv. Nam eam proprium aliquot & ab uſu & uſufr. ſeperatum Jus eſſe, Imperator dicit 1) Et eſt ea plenior uſu, dum & aliis concedi poteſt. Differt hæc ab Uſu Ædium, quod ille non utendo & capitis deminutione amittitur, Habi-tatio neutro 2) illorum. Locare quoque alii non poſſumus uſum ædium, uti Habitationem. Hanc prior Differentia ab uſufr. quoque 3) ſejungit alias enim ſimilis & uſusfr. & Habitationis Conſtitutio atque finis eſt 4] Finimus hîc Exercitatio-nem noſtram, aſſcriptâ,

SOLI DEO GLORIA.

1) l. 2. π. de uſu & Hab.
2) l. 2. pr. ff. h. t.
3) §. 1. J. fi. t. l. 12. pr. & §. 1. π. eod.
4) §. 1. 3. 4. J. h. t.
5) §. 1. J. l. 12. π. h. t.
6) pr. l. h. t. l. 3. §. ult. π. d. uſufr. l. 1. ff. h. t.
7) l. 5. π. de uſufr. l. 19. π. h. t.

1) §. pen. l. h. t. l. 13. C. d. uſufr. l. 5. π. uſufr. qm. cav l. 2. ff. d. uſu & uſufr. leg. l. 2. π. d. Oper. ſerv.
2) l. 10. pr. ff. eod.
3) d. l. 10.
4) l. 13. C d. uſufr. d. l. 10. π. h. t.

152.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0015-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0016-1

Leipzig, Diss., 1660/61

ULB Halle 3
005 021 650

5b

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0017-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0018-3

17603.
1661, 9
19
21

Q. D. B. V.

EXERCITATIONES. ACADEMICÆ.
AD. IV. LIBROS.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM,

QUARUM.

OCTAVAM,

AD. TIT. IV. ET. V. L. II.

PRÆSCITU. AC. PERMISSU.

MAGNIFICI. JCTORUM. ORDINIS.
MODERATORE.

VIRO.

NOBILISS. CONSULTISS. EXCELLENTISS.

DN. BARTHOLOMÆO LEONHARDO. SCHVVENDENDORFFERO.
J. U. D. ET. INSTIT. P.P.

IV. EIDUUM. AUGUSTI.
M. DC. LXI.

PUBLICE. EXAMINANDAM.
SISTIT.
GODOFRIDUS. KRETSCHMAR.
A. ET. R.

H. L Q. C.

LIPSIÆ,
LITERIS. CHRISTIANI. MICHAELIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-560226-p0019-2